



EMINENTISSIMO
 ET AMPLISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO,
 S. R. E.
 CARDINALI DE AGVIRRE,
 BENEDICTINO, TITVLI SANCTÆ BALBINÆ, AC
 REGNI SICILIÆ PROTECTORI.



INOPINATVS Sanè videbitur, EMINENTIS-
 SIME PRINCEPS, aulus ingès huius minimi
 Theologi; vtpotè qui nullo fretus auspicio,
 meritorū exilitate, vel potius nullitate æquè,
 vel magis quàm locorū distantia à Te longif-
 simè dissitus, nihilominus tam alta petat, vt
 labores proprios dignos existimet, qui EMI-
 NENTIÆ TVÆ sacrètur obsequio, patro-

ciniū mereantur. Verumtamen, quæ metuū propulsavere, indixereque
 animum exponere non detrectabor, vt saltem veniam, si nō meritum
 apud Te merear invenire. Ex quo igitur scholasticos labores à limite
 salutavi, ad aures, quinimo & ad oculos (nàm ex tunc opera tua Phi-
 losophica perlustrabam) Tuæ ingentis eruditionis fama pervenit. Cum
 videlicèt (vt tuis verbis vtat) *Aureo illo litterarum seculo concurrente af-*
fluentissima lectissimorum Antagonistarum copia, clarior præ omnibus
splendescebas, non solùm Salmantinæ Academiae, sed ceteris Hispa-
niæ Vniversitatibus iam conspicuus, tot doctrinæ radijs, quòt philo-
sophicis dissertationibus evulgatis, non tam publicam lucem accep-
turis, quam daturis scholarum congressibus; tantaque celeritate pro-
mulgatis, vt omnibus esset admirationi talis, à tanta ingenij fecun-
ditas, & vbertas, quæ proprios fœtus penè simul, à partu vnicò emif-
fisse videretur in lucem. Sed quid mirum? privilegium lucis est suos
radios sine mora diffundere, celerrimèque protendere in dissiatissimas
etiam regiones. Maiorem mihi ingerebat admirationem, à venerationem
extorquebat animum considerare inter ipsos scholasticos la-
bores defudantem, nihilominus ab omni tumultu, & humano plausu
femotissimum. Proferam in medium Tui ingenuam còfessionem: Vel
lem (aiebas) toto animi desiderio, vel inter fagos, & quercus, aut in ob-

*Tom. 2. Phi-
 los. nor. ant. in
 epi. d. dedic. ad
 Supremm Ca-
 stelle Senatū.*

vbi supra: